HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

propter illos enim pars dni conculcatur : adque polluitur ut ubi quondam dies nec
hospitium : hic sit habitaculum bestiarum ; Alii uero non praepositos plebis sed sa
cerdotes : sed hostium intellegunt principes : qui hierusalem hoc est uineam dni
dissipauerunt .

Luxit quesum me desolatione desolata omnis terra ; quia nullus est qui
recogitet corde : sup omnes uias deserti uenerunt uastatores quia gladius dni
deuorauit ab extremis terrae : usque ad extremum eius non est pars uniuersae carni ;
LXX : propter ea dissipatione dissipata est terra , & reliqua ; hoc ad posu
mus luxit quesum me : iuxta hebraicum prior uersiculo copulatur : ut si
posuerunt eam in dissipationem : hoc est hereditatem meam : luxit quesum me :
meo auxilio deficiata ; LXX . uero : loquitur dns ad ipsum illum terram esse dis
sipata & redacta in solitudinem quia nullus sit : qui corde recogitet ; nec
ulla pars uniuersae carni : neque enim pacem dei : potest caro recipere : sa
pientia enim carnis : inimica est deo : & qui in carne sunt : deo placere non
possunt ; porro iuxta hebraicum : ideo iudaea omnis est desolata : quia
nullus est qui corde recogitet dm : nec residuus qui possit euadere .

Per omnes enim uias solitudinis : uenerunt uastatores : id est hostilis exer
citus : & gladius dni deuorauit terminus : usque ad terminum . nec pre
quies ulla fuit : quid de urbe fugiendum ; ut ide dicitur non est pax uniuer
se carni ;

Seminauerunt triticum & spinas messuerunt hereditatem acceperunt & non eis profuerit
LXX . seminastis triticum & spinas messuistis clericorum non profuerunt
eis : melior ac inquid spectauerunt & uenerunt pessima ; sperabant prosperae
& aduersa appessisunt ; acceperunt a dno rerum omnium abundantiam quae
eis non profuerit ; iuxta . LXX . uero omnes heretici quasi triticum seminantes :
& spinas metunt : spectantes dno ut faceret fructum : & non fecerunt iudicium sed da
more : dicit autem hoc & ecclesiasticus qui uerbum dni & doctrinam eius mala con
uersatione disperdunt : de quibus infestur : clericorum non proficerunt eis : quidem
eos iubare poterit episcopi . & praesbiteri uel reliquus ordo ecclesias
ticus cum magis grauentur dignitatibus suis : & potentes potenter tormenta
patiuntur ; & quanto amplius eis creditum fuerit tanto plus requirat a eis hb .